

kalmarniensis, CONSULES et COMMUNITAS ibidem salutem et quicquid eis poterint reuerencie et honoris. Noueritis, quod ciuibus vestris omnibus et singulis et aliis ciuitatensibus quibuscunque, litteras vestras patentes habentibus, ex parte magnificorum principum, dominorum nostrorum, ducum E[rici] et W[aldemari] Swechie illustrium, plenam securitatem et securum ac saluum conductum tenore presencium damus et tradimus ad kalmarniam, møre et ølandium(!) pro captura alecium et aliis mercimoniis agitandis, ueniendi, commorandi et ad propria, quando eis visum fuerit, infra festum beati Martini jam proximo venturum, libere redeundi, pro nobis, ceterisque aliis indigenis vel extraneis quicquam facere vel omittere uolentibus causa nostri. In cuius rei euidenciam sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> duodecimo die beati Jacobi Apostoli.

1860.

1312 d. 15 Aug.

Warnhem.

Hertigarne ERIK och WALDEMAR meddela Lübecks borgare och andra handlande rättighet, att fritt befara floden Newa, ända till Nowgorod, samt Hertigarnes områden å Svenska kusterna, hvarjente skydd vid strandningar utlofvas för deras egendom, och äldre privilegier förnyas. (Jfr. N. 1125, 1302, 1708).

Dreyer, Spec. Juris publ. Lubec. p. 119 \*).

In Dei nomine Amen: ERICVS et VUALDEMARVS eiusdem gratia duces Svecie. Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino sempiternam. Noveritis quod nos ad instanciam dilectorum nobis consulum et Burgensium de Lubeke, communicato consilio et consensu fidelium nostrorum, ac omnium quorum ad ista consensus erat requirendus, ipsis Burgensibus Lybicensibus presentis et futuri temporis, natis et nascendis et universis mercatoribus undecunque fuerint per flumen Ny cum suis mercibus et bonis transire, venire et redire uolentibus liberam concedimus facultatem, huiusmodi passagium sive transitum usque in Nogardiam exercendi pro sue libito uoluntatis, ut ueniendo, morando, et redeundo tam in aquis, quam in ripis, in semet ipsis, in bonis et familiis suis pro nobis et omnibus successoribus nostris et universis, qui nostris adstricti sunt obedire mandatis et pro omnibus aliis quicquam nostri causa facere uolentibus et dimittere, liberi semper permaneant et securi. Et si vel ipsum flumen Ny adeundo, ibi morando, vel per illud redeundo, naufragium vel aliud navigale peri-

\*) Med iakttagande af de rättelser, som af LAPPENBERG anföras i *Sartor. Gesch. der d. Hanse.* II: 262. Dylika privilegier hade Hertigarne redan utfärdat i Lübeck d. 18 (11?) Mars s. å. DREYER, p. 120.

culum perpassi fuerint, libere concedimus, quod ob inde nulla prorsus in se vel in bonis suis obstacula paciantur, sed quod talia bona libere sine quolibet obstaculo pertineant eis expedite, quibus ante talia pericula pertinebant, vel eis defunctis aut submersis, eorum proximis heredibus pari iure. Ex superabundanti preterea concedimus eis omnibus et singulis per omnes terminos terrarum nostrarum et domini in regno Svecie omnimodam securitatem veniendq, morando, et redeundo aut recedendo et undique eam in naufragiis libertatem, quod in naufragiis ipsorum bona eis attinere debeant libere, quibus ante naufragium pertinebant, vel defunctis illis, eorum proximis at-  
tineant, quibus hereditario iure debuerint pertinere, volentes eos in ceteris libertatibus et bonis consuetudinibus insuper conservare, quibus nostris et antecessorum nostrorum temporibus in terris nostris hactenus sunt profreti. Testes sunt venerabiles patres in Christo ac domini Karulus Lincopiensis, Stirbernus Strägnensis episcopi, frater Henricus de Stromberg, ordinis domus theutonice, domini quoque Philippus Ulafsen, Birgerus Paetersson gutmarus Legifer, et Gotschalcus de Kyren milites, quorum sigilla una cum nostris sigillis in perpetue stabilitatis memoriam pro testimonio sempiterno presentibus sunt appensa. Datum anno domini MCCC XII in die Assumptionis beate virginis Marie in claustro Werneem.

1861.

1312 d. 15 Aug.

Samma privilegier på Plattyska, men med uteslutande af vitnenas namn.

Brocmans afskr. i 4:o. Sign. G. 1. \*)

In Gades nahmen Amen ERICH vnde WOLDEMAR van den suluen gnadenn hertogenn tho Schweden allen denn disse brieff vorkompt ewigen heil in Gade. Wetet dat wi vmme bede willen vnser leuen der Rathmannen vnnnd borger van Lubeke mit rade vnnnd Volborde vnser leuenn getruuen vnnnd alle der Jennen die hier tho ehre volbort scholdenn geuen den vorseuenn borgern nu jegenwardig gebaren vnnnd die noch scholenn gebohren werden vnnnd allenn koepluden wohr die ock her sindt dat sie dorch die Nühe mit ehrenn kopenschoppen fahren, kamen vnnnd kehrenn, des wi ehr geuenn vnnnd vorlehenen volle macht dat sie dat don mogen wente tho Newgarden na ehrem willenn so woll tho Lande also tho water mit ehren gudern vnnnd knechten vor vns vnnnd alle vnse nakomelinge vnnnd de de vn-

\*) Enligt anteckning i brädden, hemtadt "ex copia vet. in Archivo Civit. Rostock A:o 1754".